

¶ * * ¶ * * ¶

ΠΑΛΑΙΟΔΟΓΙΑΣ THERAPIAE
SPECIMEN XII.
DE
M O T U C O R D I S
ET ARTERIARVM SECUNDVM
TEMPORA MORBORVM VARIO.

P R A E S I D E
D. IOANNE ERNESTO HEBENSTREIT
THERAPIAE P. P. FACULTATIS MEDICAE DECANO.
LIPSIAE DIE XX. IVNII MDCCXLIX.
IN AVDITORIO MEDICO
HORA X. AD XII.

DISPUTABIT

RVDOLPHVS TRAVGOTT HARTMANNVS,
GYGNEA - MISNICVS.

Cum nullus omnino morbus sit, quin per communia aegritudinum tempora, antea quam legitime soluitur, procedat,^{a)} cum praeterea diuersa sit hominis valentis, quam quae est flaccidi, mox decubantis, dein conualescentis, conditio;^{b)} quandoquidem etiam natura, istorum

a) Οὐδὲν ἐστὶ τῶν λυομένων παθῶν διεξέρχεται τὰς καιρύς. GAL. de communibus morborum temporibus.

b) Μία κατάστασις ὑγιεινῆς, ἔτερα τῆς ἐν ἀρχῇ τῆς νοσήματος ἄχρι τῆς ἀκμῆς, ἄτταλη ἄχρι τῆς παντελῆς λύσεως καὶ μετ' αὐτὴν τῆς ἀναλήψεως ἄχρι τῆς καθ' ἕξην

Nullus est eorum, qui soluuntur, morborum, quin per sua decurrat tempora.

Vna constitutio sanitatis, altera, morbi circa principium usque ad statum, hinc alia ad perfectam usque solutionem, et post eam conualescens:

istorum temporum constitutionibus motus suos, sanitatis restituendae causa, accommodat, vt quaedam sint, quae prius fieri oporteat, parum prospera, si fero fierent, ^{c)} quaedam increasinge, stante, ac decrescente morbo, perficiantur: ^{d)} Fieri proinde aliter nequit, quam, quo cordis et arteriarum motus, pro temporum istorum moribus similiter haud parum discrepet; Vberrimus ille est fons, ex quo signa, tempus morbi, vitae superstitis vires, causarum resistentiam variam, euentum ipsum seu crisin, denotantia, hauriri possunt, *motuum scilicet cordis atque arteriarum contemplatio.* In tardis ^{e)} quidem passionibus haud parum in pulsibus est, quod intelligi ex eorum contrectatione possit; languent illi non minus in chronicis, saepe ferociunt, claudicantue, ast plus refert in *morbis subito auctis,* ^{f)} in acutarum febrium decursu, tum etiam in chronicarum exacerbationibus oscillantem experiri arteriam; illis semper notabilis adest pulsuum a statu naturali

ὑγίειας: GAL. Comment. 2. in Hippocr. de diaeta acutorum.

c) Ἐν τῇ πρώτῃ περιόδῳ ἀιματος ῥῦξις ἀκ τῶν δινῶν κάρτα ὀφελέει. **HIPPOCR.** Prognost.

Ἐνδεκαταῖοις τάξις δύσκολαι. **HIPP.** Prorrh. I.

d) Ο τῆς ἀπεψίας τῶν λυπάντων χυμῶν χρόνος, ἀρχή, ὅταν δὲ ἔρχηται πέττεσθαι, πέπαυται μὲν ἡ ἀρχὴ ὁ δέυτερος ὁ ἄκει καιρὸς ὁ τῆς ἀναβάσεως ὀνομαζόμενος, ὅταν δὲ ἡ πέψις ἀποτελεῖται μάλιστα, ὁ τῆς ἀκμῆς, ἐξ ἣς ὁ τῆς παρακμῆς ἐν ᾧ πέπαυται ἡδη τό τε μέγεθος τῶν συμπτωμάτων. **GALEN.** περὶ τῶν ὅλων τῆς νοσήματος καιρῶν.

e) Τὰ πακτόλλα χρόνια δεόμενα πρὸς τὴν λύσιν: **GAL. Comment. 3. in Hippocr. Prognost.**

f) Παρηνέμενου ἐπ' ὀλίγον ὀξύ. **GAL. Comm. in Prognost. Hippocr.**

tiae, ad perfectum usque sanitatis habitum.

In prima febrium periodo sanguinis fluxio ex naribus vehementer iuuat.

Vndecimo die stillae sanguinis difficiles.

Illud, intra quod afflentes humores crudi sunt, tempus, principium est, cum autem incipit coqui, definit equidem principium, secundum autem venit tempus incrementi dictum, ubi autem coctio absoluta est maiorem partem, summi status tempus est, abinde decrementi, in quo magnitudo symptomatum quiescit.

Quae longo tempore ad solutionem indigent.

Quod intra breue tempus augetur, acutum.

turali deflectentium mutatio,^{g)} his circa paroxysmos abludunt^{h)} vt nulli, quam febris, morbo familiaris magis sit, quae ab arteriarum motu sumitur, significatio.ⁱ⁾ Cum autem febris uno paroxysmo deflagrantibus, non minus insit exacerbationum varietas, oportet sane etiam in his pulsuum ratio alia esse atque alia, vt iuxta temporum, quae illis insunt, discrimen, mox magna cum contentione cor atque arteriae agant^{k)} mox sese remittant, tunc, quando vis vitae consultum esse putat tantisper a labore quiescere denuoque ad illum reuerti postea. Quare *plus* etiam illo, quo^{l)} tenaces hinc immoti humores sunt, *minus* autem illo, quo mobiles et obsequiosi fiunt ac per sua colatoria haud difficulter eunt; *plus* illo, qui a summo incremento febris proxime abest tempore, et quo euacuationem aliquam aliamue morbi mutationem fieri

g) Κατὰ τὰς ἀκμὰς οὐ καὶ ἀνεπομένων ἔτι (τῶν πυρετῶν) ταχὺς μὲν ἀνάγκη οὐδὲ πυκνὸς ἄναι τὰς σφυγμάς. GAL. ad Glaucon. Therap. Libr. I.

h) Ἡ ἐξαιφνίδιος τῆς σφυγμῶς μεταβολὴ παροξυσμὸν ἀγγέλλει. GAL. de Prognosi Pulsuum Libr. 4.

i) Τὸ γόνιον τῶν πυρετῶν σημῆνον ἐναργὲς ἐν τοῖς σφυγμοῖς: GAL. ad Glaucon. Therap. Libr. I.

k) Σφυγμὸς κατ' ἀρχὰς τῶν ἐπισηματῶν σφοδρότερος: GAL. de Typis Libr.

l) Οἱ σφυγμὸς πάμπολυ ἀθροίζετοι κατὰ τὰς σύψεις τῶν χυμῶν ἐφ' αἷς ἀνάγκη πυρετὸς ἀναπτεῖται; ἀναλογον δὲ οὐδὲ κατὰ τὰς πυρετὰς ἐν μὲν ταῖς ἐπισηματίαις πλέον ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις κακοῖς ἥττου, οὐδὲ πλέον μὲν ἐπὶ τοῖς παχέσι οὐδὲ γλιωχροῖς χυμοῖς ὅτι περ οἱ φλεγματώδεις εἰσὶ οὐδὲ οὐδὲ ὄνομά γεστοί ἦσαν: GALEN. de Prognosi pulsuum Libr. 2.

Ἐγγὺς δὲ ἡδη τῆς ἀκμῆς ἐξημπλένων τε τῶν χυμῶν οὐδὲ ζεόντων ἀθρόων ἀνεκάν τὸ τάχος τῆς συστολῆς λαμβάνει. GAL. de Prognosi Pulsuum Libr. 4.

A 2 par
Iuxta summum statum aut incre-

scentibus etiam febris, celeres necessum est et frequentes pulsus esse.

Subitanea pulsus mutatio exacer-

bationem nuntiat.

Proprium febrium signum efficax
in pulsibus,

Pulsus ad principia paroxysmo-

rūm intensior.
Pulsus saepe frequentior fit prope ad humorum putredines a quibus, necessitas est, febres excitari; conuenit etiam intra febres in paroxysmis quidem plus, in reliquis autem temporibus minus, et plus quidem in crassis tenacibusque humoribus quales pituitosi sunt, et quos crudos appellant.

Prope autem ad incrementum incen-

sis flagrantibusque humoribus, fre-

quens augmentum celeritudo con-

tractionis (cordis) accipit.

par est^m) minus, in decremento vel totius aegritudinis vel paroxysmi, pulsus arteriarum eleuantur et concitantur. Intra breue illud tempus, quo febrium intermittentium paroxysmi deflagrant notabilis est pulsuum mutatio, principium enim vniuscuiusque, inhorrescente aegroto ita capit, ut ad sint pulsus rari, debiles,ⁿ) qui prope augmentum, celeres et magni sunt, dum decrementum, magni et molles, quos sudor sequitur,^o) significant. Quae cum ita sint, ut pro temporum in morbis varietate, pulsus discrepent, ad duo momenta, istud cordis negotium concernentia, respicere nos oportet, quorum alterum temporis ipsius, iuxta quod arteriarum pulsus a naturali abludit, rationes, alterum, pulsuum mensuram, vti per illam, morbi causa, aetas, euentus, vitae vis, medicique necessaria actio definitur, concernit. Tametsi autem ad diem intra acutos numerum, vbique respiciendum scholaistica aliqua seueritate haud est, ut aliquo septimo, nono, undecimo, quarto decimo vicesimoque die, moueri humores crisiisque subsequi oporteat, cum nec antiquitas quidem huius opinionis adeo tenax et censurae ex numeris petendae intenta

semper

m) ούψηλός ἀπάσης ἐκκρίσεώς εἰν γνώρισμα. GAL. de Crisibus Libr. 3.

n) σφυγμοὶ βραδῖς ἐπὶ ταῖς ιχυραις ψύξεσιν. GALEN. de Prognosi pulsuum Libr. 3.

Κατὰ τὴν ἀρχὴν τῶν παροξυσμῶν, ἥντια ἔργησιν ἔτι δι νοσεῦτες, ίκανῶς ἀραιοὶ καὶ βραδῖς ἀντῶν δι σφυγμοὶ γίγνονται. GALEN. ad Glauconem Therap. Libr. I.

o) Κατὰ τὰς παρακμὰς ἐκλύεται τὸ τάχος τῆς συσολῆς, καὶ μάλισθ' ὅταν ἐις ἀπυρεξίαν ἡ ἔγγυς ἀυτῆς ἀφίκονται, ἐπιτίνεται δὲ κατὰ τὰς ἀναβάσεις: GALENV de Prognosi pulsuum Libr. 4.

Ει δὲ καὶ κυματώδεις ὁ σφυγμὸς γίνοιτο καὶ μαλακὸς ἐπισήμως, ἔτι μᾶλλον ἐλπίζειν ὕρωτας. GALEN. de Crisibus Libr. 3.

Altus pulsus omnis excretionis est indicium.

Pulsus tardi in magnis horroribus.

Iuxta principium paroxysmorum, vti horrent aegroti, insigniter rari et leniti eorum pulsus fiunt.

Secundum decrements (paroxysmorum) soluitur celeritas systoles et maxime, quando aegri ad statum febre vacuum, aut prope ad illum perueniunt, intenditur autem iuxta incrementa:

Si autem vndosus pulsus fiat et notabiliter mollis: tunc plus sperare oportet sudores.

ta semper fuerit, quin in diebus decisoriis definiendis ad symptomatum apparitiones magis respexerit; ^{p)} Tametsi etiam morborum duratio, pro aegrotantium ^{q)} indole discrepat, multique ex illis sua natura breuiores sunt et celeriter iudicantur, ^{r)} vt propterea aestimari dies ad numeros nequeant; ad sunt tamen, quae dierum aestimationem necessariam reddant, argumenta. Ratio enim suadet, nihil in magnis negotiis nec in sanitatis consecutione, ^{s)} constans et perpetuum esse posse, si breui opera perficitur, opusque esse, quo ordinatus sit in rebus gerendis labor; Experientia autem hoc secum affert, naturam passim temporum seruare numeros, ad annos *aetates*, ad menses *partum*, ad dies *fluxus foemineos*, ad horas paroxysmorum inuasiones disponere. Proinde absconum haud est, diebus etiam intra febres aliquid largiri velle, cum rerum usus

A 3 doceat

^{p)} Ἡμέρας κρισίμας καλεῖσθν ἐν ταῖς μεταβολαῖς πιστοῖς τε ἀμα καὶ πλέον γίνονται. GAL. Comment. 3. in Prognost. Hippocratis.

^{q)} Οἱ ἀραιότεροι φύσει διαφορεῖται ὅτι δὲ πυκνότεροι χρονίζουσιν ἐν ταῖς νόσοις. GALEN. Comm. 2. in Hipp. de diaeta acutorum.

^{r)} Τὰ διὰ ταχέων κρίνομενα (νυστήματα.) GALENVS Comment. 3. in Hippocr. Prognost.

Τὸ μὲν τῆς πέψεως ἐνθύς ἐν ἀρχῇ Φαινόμενον ἐν τάχει σωθῆσεθαι τὸν ἀνθρωπὸν δηλῶι: GAL. περὶ κρίσεων &c.

Ταχέως παραγίνεται καὶ πέψιος θάδεμιᾶς προσδεῖται: HIPP. de prisa Med.

Τὰ μικρὰ πάθη χωριζέντων τῶν ποιέντων ἀπίστων ἀντίκα παύεται, τῆς φύσεως ίωμένης ἀντα, μόνα γάρ ἐκεῖνα δεῖται τῆς ἔξωθεν βοηθίας ἢν διὰ μέγεθος ἀδυνατεῖ κρατεῖν ἡ φύσις: GAL. de Locis affectis Libr. 1.

^{s)} Τὰ κρίνοντα ἐπὶ τὸ βελτίου, μὴ ἀντίκα ἐπιφαίνητο. GALEN. de Crisibus Libr. I. cap. 7.

Dies criticos appellant, in quibus mutationes fidae et plures fiunt.

Natura macilentiores fudant, crassiores autem tempus terunt in morbis.

Qui cito iudicantur morbi.

Illud, quod coctio cito appareat, celeriter saluum fore hominem indicat.

(Morbus) celeriter transit et nullius coctionis indiget.

Parui morbi, separatis afflignantibus causis, subito sponiuntur, natura sanante illos, soli enim illi indigent externo auxilio, quos propter magnitudinem subigere natura nequit.

Quae meliorem crisi effecturi sunt, non statim appareant.

doceat firmius certiusque esse omne, quod aliquo ex assuntis ab antiquitate diebus geritur, negotium.¹⁾ Licet autem decurrente febre, intra quam curiosius quam penes chronicos tempora aestimantur, omnes dies, siquidem natura semper agit, suas perficiant operas²⁾ omnesque proinde, latius accepto significatu, critici appellari possent; est tamen in decursu acutarum febrium non insuper habenda dierum successio.³⁾ Cum enim ultra vigesimum primumque diem acutae febres haud excurrent, et intra hunc terminum vel morte vel sanitate vel novo morbo desinant⁴⁾ experientia docuit, illis diebus, qui ad rationes quaternarii vel septenarii numerantur, solempne quid et ponderosum perfici, quod in salute, nisi insuperabilis causa, vis autem vitae parua est, cedat et prospere eueniat: De hoc dierum, quos propterea criticos appellant, quia decidunt et iudicant, discriminare et effectibus **HIPPOCRATES** ita sentit.⁵⁾ Quartus ab ineunte febre significa-

t) Ὡφελῆ μᾶλλον ἔτι δὲ λυπῶν ἐκκενῶτο χυμὸς ἐν ἡμέρᾳ κρίσιμῳ: **GALENVS** Comm. 2. in Lib. 2. Prorrh. Hippocr.

u) Τῶν ἡμέρῶν ἐκάστης ἔτι τὶς ἕδιος φύσις. **GALEN.** de Crisibus Libr. I.

x) Οἱ ἀριθμοὶ τῶν χρόνων μέγα δύνανται. **HIPP.** de Veteri Medicina.

y) Ἡν δὲ πρὸς τὰς ἡμέρας διαγίνωνται τὰς δύο νυκτὸς ἔποσις νυκτὶ τὸ πῦρ μεθὺ νυκτὶ ἐν τάυτης μὴ ἐκπτυσθῆ, ἔμπυοι γίνονται. **HIPP.** Lib. I. de Morbis.

πέρας τῶν δέξεων τὸ ἡμέρα. **GAL.** Comm. 3. in Prognost. Hippocr.

z) Τῶν ἑπτὰ ἡ τετάρτη ἐπίδυλος, ἑτέρης ἐβδομάδης ἡ δύοδη ἀρχὴ, θεωρητὴ δὲ ἡ ἐνδεκάτη, ἀυτὴ γάρ ἔτι τετάρτη τῆς δευτέρης ἐβδομάδος: Θεωρητὴ δὲ πάλιν ἡ ἑπτακαιδεκάτη ἀυτὴ γάρ ἔτι τετάρτη μὲν ἀπὸ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης ἑπτὰ δὲ ἀπὸ τῆς ἐνδεκάτης. **HIPP.** Aphor. Sect. II.

Iuuat plus, si affligens humor evaucetur in die iudicatorio.

Diebus singulis sua est indeoles.

Numeri temporum multum valent.

Si ad diem, (pleuritides) superflunt a vigesimo alterum, et calor manserit et in his nihil tussi reiecitum sit, empyematici sunt.

Fines acutarum febrium, XIV. dies.

Septimi diei quartus est significatorius, secundae septimanae octauus principium, indicatorius undecimus, hic enim quartus est alterius septimanae. Indicatorius denno decimus septimus, hic enim quartus est a decimo quarto, septimus autem ab undecimo.

gnicatorius est septimi et euacuatione quacumque demum instituta, indicat, septimo isto die, qui criticus princeps primus est, exacerbatione oborta, morbum solutum iri. Sin istud haud fiat, alter quartus, qui octauus, mouebit vndecimo die purganda, qui solemnis propterea est, quod sit a quarto septimus. Quod vndecimus non conficit, absoluet princeps alter criticus decimus quartus, cum sit secundi septenarii ultimus; Quodsi tamen expediri ne tunc quidem salutis negotium potuit, decimus septimus, cum sit, connumerato decimo quarto, quaternarius aliquis, leuioribus tamen motibus subruit atque euertit ea, quae vigesimo primo die absoluuntur. Est tamen, vel apud ipsum HIPPOCRATEM vel apud eius interpretes GALENUM atque AETIVM aliquis circa dierum istorum numeros diffensus, id quod, quamuis scholasticum aliquibus videri possit, a scriptionis academicae natura alienum tamen haud est.^{a)} Quamuis autem diebus criticis, quae-

dam

a) Κρίνονται δὲ ὁι πυρετοὶ τεταρταῖοι ἑβδομαῖοι ἐνδεκαταῖοι ἑπτακαιδεκαταῖοι ἑπτατῇ πρὸς τῇ μίᾳ, ἐκ δὲ τέτων τῶν διξέων τριακοταῖοι ἔται τεσσαρηκοταῖοι ἔται ἑξηκοταῖοι, ὅτων δὲ τάτης τὰς ἀριθμός ὑπερβάλλῃ, χρονίη ἡδη γίνεται ἡ κατάτασις τῶν πυρετῶν: HIPP. de diebus iudicat.

Οι δὲ πυρετοὶ κρίνονται ἐν τῷσιν ἀυτέμ σων ἡμέρησιν τὸν ἀριθμὸν, ἐξ ᾧ δὲ περιγίνονται ὁι ἀνθρώποι οὐκέτι ἐξ ᾧν ἀπόλλυνται, οἱ τε γὰρ ἐνθέθεται τῶν πυρετῶν καὶ ἐπὶ σημείων ἀσφαλεσάτων βεβαιῶτες, τεταρταῖοι πάνουνται ἡ πρόστευ, οἱ δὲ οικονθέθεται καὶ ἐπὶ σημείων δεινοτάτων γιγάντεων τεταρταῖοι κτήνεσιν ἢ πρόστευ, οἱ μὲν ἐν πρώτῃ ἑφόδῳ ὄτως τελευτῇ, οἱ δὲ δευτέρῃ ἐς τὴν ἑβδόμην περιάγεται, οἱ δὲ τρίτῃ ἐις τὴν ἑνδεκάτην, οἱ δὲ τετάρτῃ ἐις τὴν τεσσαρεκατεκάτην, οἱ δὲ πέμπτῃ ἡς τὴν ἑπτακαιδεκάτην, οἱ δὲ ἕκτῃ ἡς τὴν ἀκοσήν. HIPP. Praetorionum Libro.

Iudicantur febres, quarto, septimo, vndecimo, decimo septimo, vigesimo primo die, ex his acutis, sunt, qui trigesimo, deinde quadragesimo hinc sexagesimo; Quando autem hos numeros superant, chronica iam fit constitutio febrium.

Febres iudicantur secundum numeros, veluti in quibusdam diebus vel euadunt vel pereunt homines; optimis enim moribus praeditae febres et super optimis signis fundatae, quarto die quiescunt aut ante, pessimis autem moribus et cum signis difficillimis factae, quarto die occidunt, vel ante; Et prima periodus sic quidem finitur, altera autem ad septenarium excurrit, tertia ad vndecimum, quarta ad decimum quartum, quinta ad decimum septimum, sexta ad vigesimum.

dam habenda sit fides, certoque constet, inter illos, qui febrem uno cursu absoluendam perficiunt, dies, quosdam *υτις*

Η εβδόμη ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῷ νοσήματος ἡμέρᾳ πάντων μάλιστα τῶν ἡμερῶν λύει τελέως ἀντί πιστὸς καὶ ἀγαθῶς γνῷ ἀκινδύνως καὶ σαφῶς καὶ ἐυτύχιας: Τῆς εβδόμης δὲ τὴν πίτην ἡ τεσσαρεσκαιδεκάτη μικρῖται μάλισται: Πλησίον δὲ αὐτῶν ἔστιν ἡ ἐνάτη καὶ ἡ ἑνδεκάτη, καὶ τάυτης ἔστιν ἐγγύς ἡ ἑπτακαιδεκάτη καὶ πέμπτη, μετὰ δὲ τάυτας ἡ τετάρτη, καὶ μετ' αὐτὴν τρίτη καὶ ἄκοση: ἡ δὲ ἕκτη πολλάκις μὲν κρίνει, ἀλλὰ τὰς πλέις κρίσεις μοχθηρὰς ἡ καὶ θανατώδεις ἐπιφέρει, ἡ δὲ μήγε ὃ τελέας ὃ δὲ πιστάς, ὑποτροπιάζει γάρ τὰ ἐν τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ κρίνομεν νοσήματα, καὶ λελύθαι δοκεῖ, εἰ δὲ καὶ τελέα κρίσεις, ὅπερ ἔστι σπάνιον, ἐν τῇ ἕκτῃ γένεται, μετὰ κινδυνωδῶν συμπτωμάτων καὶ χαλεπῶν γίνεται: Τῆς μὲν ὃν ἕκτης τὴν Φύσιν ὀδειμίᾳ ἀλλιὰ ἐμιμήσατο τῶν ἡμέρων; Ἀδέποτε ἡς τὴν ὄγδοην ἡμέραν ἡ τὴν δεκάτην ἐκπέσοι λύσις ἀθρόα νοσήματος, ὅμοιότοι πως τῇ κατὰ τὴν ἕκτην: Σπανίως δὲ καὶ ἐν ταύταις λύεται καὶ ὃδὲ πιστῶς ὃδὲ ἀγαθῶς ὃτε τελέας, ἀλλὰ καὶ ἀσαφῶς καὶ ἀσήμιας, μεταξὺ δὲ πως τῶν πρώτων ἀρημένων ἀγαθῶν καὶ τῶν μετὰ ταῦτα πακῶν ἡ τρισκαιδεκάτη μάλιστα κατεφάνη τετάχθι, μήτε ὅμοιως ἀπόβλητος ὃσα ταῖς πακαῖς μήτε ὅμοιως ταῖς ἀγαθαῖς πεφυκιταῖς; δη δὲ πάντας, ἡ μέλλει ἀγαθὴ γενήσεως κρίσις, προδεδηλώθου μάλιστα μὲν ἐν τοῖς ἔροις ἥδη δὲ καὶ τοῖς λοιποῖς συμέσοις, ἡ μὲν ὃν τρίτη, καὶ τετάρτη καὶ πέμπτη τῶν ἡμερῶν προδηλώνται ἐνθὺς ἐξ ἀρχῆς, ἡ δὲ τετάρτη προδηλοῖ τὴν εβδόμην ἡ δὲ εβδόμη τὴν ἑνδεκάτην ἡ δὲ ἑνδεκάτη τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ἡ δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτη τὴν ίζ ἡ δὲ ίζ τὴν καὶ ορος δὲ τῶν ὀξέων νοσημάτων ἡ ίδη ἐσὶ ὡς ἔγε ταύτην ὑπερβαίνει τὸ νόσημα ἐκπέπτων τῶν ὀξέων: ΑΕΤΙΟΣ Τετραβ. I. 5. κε. sextus vigesimum: Terminus autem acutorum morborum decimus quartus est, ut si quis hunc supergrediatur morbus, excidat ex classe acutorum.

Septimus ab initio morbi dies, omnibus diebus plus, perfecte semper et fideliter et bene et sine periculo et clare et cum bonis signis soluit: Septimi fidem decimus quartus imitatur: Proxime est nonus et undecimus, huic prope est decimus septimus et quintus, post has quartus, hinc tertius et vigesimus. Sextus saepe iudicat sed plurimas crises laboriosas vel etiam lethales affert, vel certe non perfectas aut fideles: Reuertuntur enim qui sexto die iudicantur morbi, et soluti esse videntur; Etiam si perfecta crisis, quod raro, sexto die fiat, post periculosa et difficilia symptomata fit: Sexti ergo naturam nullus alias imitatur dirum, si autem aliquando in octauum diem vel decimum excidat solutio subitanea morbi, aequiparatur equidem illi, quae sexto fit, raro tamen et in his morbus soluit nec fideliter, nec bene, nec perfecte sed obscure et sine signis: Inter prius dictos dies bonos, et, qui post hos sunt, malos, medius, decimus tertius maxime videtur constitutus esse, non reprobandus omnino, ut mali dies, nec etiam indolem habens bonorum: Oportet autem ubique, si bona futura est crisis, praedictari, maxime virinis, vel aliis signis; tertius ergo et quartus et quintus dirum, praedictatur statim ab initio, quartus autem praedicit septimum undecimum, undecimus decimum quartum, decimus quartus decimum sextum, decimus autem sextus vigesimum: Terminus autem acutorum morborum decimus quartus est, ut si quis hunc supergrediatur morbus, excidat ex classe acutorum.

ριας principes et αρτιας absolutiores, quosdam, περιττας superfluos veluti vacuosque, in quibus negotii nihil geratur et aeger, ad calorem et symptomata, remissior sit, quosdam denique θεωρητας et επιδηλος significatoriosque esse, qui moueant, nihil tamen perficiant, sed ad dies criticos saltim praeludant; ^{b)} quamuis etiam dubitatum haud sit, pro grauitate sua, febres mox intra primum, mox intra alterum durationis suae septenarium, confici ^{c)} intraque hunc terminum vel salute vel morte, si tamen mors crisis est ^{d)} decurrere, mox autem ad vigesimum protendi: Animus tamen istorum dierum significationi seruiliter addicendus haud est, sed, ipsa antiquitate sic statuente, ad symptomatum grauitatem ^{e)} in dierum discrimine definiendo respiciendum plus magisque erit; Proinde dies aliquis criticus ille futurus est, quem subita mutatio in statum meliorem consequitur ^{f)} nec futurus est, etiamsi numerus id velit, vel euacuationes id innuant, si conuersio in melius simul haud adfuerit. ^{g)} Denique in omni,

chroni-

b) Ἐπίδηλος καὶ θεωρητὴ ἡμέρα ἐν τοῖς σημεῖον φαίνεται διλατικὸν τῆς ἐσομένης κρίσεως ἐν ἑτέρᾳ τοῦ τῶν κρίσεων ἡμέρῶν.

GAL. Comm. 2. in Aphor. Hippocr.

c) Κάτοξυ, τὸ μὲν ζῆμικές οὐκ ἔξωτέρω προϊόν. GAL. Comm. 3. in Prognost. Hippocr.

Τὰς καυσώδεις διακρίνεσθαι ἀς τεσσαρεκαιδέκα ἡμέραι, καφίζεσθαι ή ἀναιρεσθαι: HIPP. Coll. Praenot.

d) Τῷ τρόπῳ τῷ θανάτῳ τὸ τῆς κρίσεως οὐκ ἐπιφέρομεν ὄνομα. GAL. περὶ κρίσεων.

e) Οἱ μέγιστοι παροξυσμοὶ τὴν ἀκμὴν ἀφορίζεσθαι. GAL. περὶ τῶν ὅλων νοσήματος καιρῶν.

f) Τοῖς σφοδροτέροις παροξυσμοῖς ἀς κρίσεις ἐπουτοι τ' ὑπίπαν: AETIVS Tetrabibl. I. Tract. V. κ. s.

g) Εἰ Δυσφορία μετὰ τὴν κρίσιν παρακολεύεται: AETIVS ibid.

Significatorius et speculatiuus dies, in quo signum apparet, manifestans futuram in alio quodam criticorum dierum, crisi.

Peracutus morbus est, qui septimum diem non excedit.

Febres causodeas definiunt quatuordecim dies, aut leuantes, aut occidentes.

Conuersioni in mortem criseos non indimus nomen.

Maximi paroxysmi definiunt morbi summum statum.

Maximos paroxysmos crises sequuntur plerumque.

Si tristis sensio crisi sequitur.

B

chronicusne an acutus sit, morbo, ille dies criticus est, intra quem magna contentione magnum aliquod negotium geritur, et ad finem feliciter deducitur: Fidum istius temporis signum cordis motus est, cum signorum concurrentium bonitate, magnus et validus, quo, virtutis vitalis eminentia adesse indicatur.^{h)} Vti enim cordis ventriculiⁱ⁾ alternis vicibus, acceptum *diastole* sanguinem, *systole* proiiciunt, ita a proiecto sanguine diducuntur, eodemque in venas excurrente, contrahuntur, tunicarum suarum virtute, arteriae, quod vtrumque momentum motus cordis et arteriarum, principii vitalis influxit respondet^{k)} illudque est phaenomenon, quod pulsus dicitur, cuius mensura atque numerus ad illius interualli, quod diductae iterumque in se contractae arteriae motibus interest,^{l)} rationes aestimatur: Evidem et venas pulsare nouimus,

h) Κρίσιμος ἡμέρα, ἐν τῇ τὰ συμπτώματα πάντα ἡπιώτεραι γίγνοντο καὶ ἀκίνδυνος εὐθὺς ἀγαθὴ γένοιτο ἡ κρίσις: AETIVS ib. Προσδοκημένης ἦδη τῆς Κρίσεως, ἀπτεῖται δὴ τῶν σφυγμῶν, δὲ γὰρ ὑψηλὸς σφυγμὸς ἀσπερ καὶ ὁ σφοδρὸς κρίσεως ἀπάσις ἐσὶ γνώρισμα, καὶ βέβαιον σημῖνον τῷ παρῆναι ἦδη τὴν κρίσιν τῷ νοσήματος: AETIVS Tetrabibl.

I. Tr. VI. κτ.

i) Σφυγμός ἐσι τίνησις ἀρτηριῶν καὶ τῆς κατὰ τὴν καρδίαν ἀρτηριώδης κοιλίας. Σφυγμός ἐσι ἀρτηριῶν καὶ τὴν καρδίας ἀρτηριώδης μέρης διασολὴ καὶ συστολή. GALEN. de differentiis pulsuum Libr. 4.

k) Σφυγμός ἐσι διάσπορις καὶ συστολὴ ἀρτηριῶν πάντοθεν, τῷ χιτῶνος ἐπανιταμένῳ καὶ πάλιν ἀσ ἔαυτὸν συντρέχοντος ὑπὸ ψυχικῆς καὶ ζωτικῆς δυνάμεως. GALENV de pulsuum differentiis Libr. 4.

Σφυγμός ἐσι διασολὴ καὶ συστολὴ καρδίας ἀρτηριῶν Φυσική: Autor Definit. apud GALENUM.

l) Ο μεταξὺ δύο πληγῶν χρόνος ἐν ᾧ διατέλλεται ἡ ἀρτηρία καὶ συστέλλεται:

Indicatorius dies in quo symptoma omnia mansuetiora fiant, et periculo carens et bona fiat crisis. Exspectata nunc crisi, tangendi sunt pulsus, elatus enim pulsus, ut et fortis omnis, crisiōs est indicium et firmum signum iam prope adesse iudicationem morbi.

Pulsus est motus arteriarum et arteriosi cordis ventriculi. Pulsus est arteriarum et arteriosae cordis partis, diastole et systole.

Pulsus est diductio et contractio arteriarum per totum, tunica earum expansa iterum in se recurrente, ab animali vitalique facultate.

Pulsus est dilatatio et contractio arteriarum naturalis.

Quod duobus ictibus intercedit, tempus, in quo diducitur arteria iterumque contrahitur.

Διάλειμμα:

mus, quando iuxta immersionum suarum locos, impedimentum adest, quapropter effundi sanguis nequeat, ut ab irruente a tergo sanguine eas distendi oporteat, veluti **HIPPOCRATES**^m) illas pulsus aemulatas videntur et **GALENVS**, dum τὸς Φλέβας de venis praedicari diserte docet, suffragatur, illumque venarum motum a substratis arteriis procurari afferit.ⁿ) Evidem et spasmodus aliquis muscularum aliquando pulsus mentitur, quem motum, nullo typo instructum, nec perpetuum, a flatuosa plerumque abdominalis tensione intra musculos abdominales excitatum, παλμὸν^o) palpitationem, Graeci

B 2 nomi-

Διάλειψις: ἡ μεταξὺ δύο πληγῶν ήσυχτα.
GAL. de pulsibus ad introducendos.

m) Φλέβες ἀι ἐν κροτάφοισι σφυγμα-
τώδεες. **HIPPOCR.** Coac. Praenot.

Φλεβῶν σφαγιτίδων παλμὸς ιχυρός. **HIP-
POCR.** Coacae Praenot.

n) Ἐν κεφαλαιησίαις, μάλιστ' ὅταν μετὰ
πολλῆς θερμασίας γίνονται, φαίνονται σφύ-
γμοι οὐχὶ διονὴ κλονιμέναι, ἀτακτὰ τὰς
κροτάφες φλέβες, πολλάκις οὐχὶ τὰς ἐν τρα-
χήλῳ σφαγιτίδας τὰς ἐπιποδίς δηλονότι δο-
νυμένας ἐθεασάμεθα σφυγμῷ την παραπλή-
σιον πίνησιν, οὐχὶ δοκεῖ οὐχὶ ἐν τοῖς κροτά-
φοις ἐκ τῶν ὑποκειμένων ἀρτηρίων ἡ πίνησις
γίνεσθαι: **GAL.** Comm. 3. in 3. Libr.
Progr. Hipp.

o) Παλμὸς ἐτιν ἐπαρσίς οὐχὶ ὑφεσίς σά-
ματος μυώδης, ὑπὸ πνεύματος γινόμενος, ὥκ
ατακτὰ κατὰ τινὰς χρόνας. Autor De-
fin. **GALEN.**

Σφυγμὸς ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ θόρυβον ση-
μάνει. **HIPP.** Prognost.

Περὶ ὄμφαλον πόνοι παλμώδεες. **HIPP.**
Coac. Praenot.

οι κατὰ κοιλίην παλμοὶ ἀιμορραγικοί.
HIPPOCR. Progr. I.

οι κατὰ κοιλίην παλμοὶ ὑποχονδρίας, ἀιμορρα-
γικοί. **HIPPOCR.** Progr. 3.

Interuallum: quae duobus intervallis in-
tercedit, quies.

Venae in temporibus pulsus
aemulantur.

Venatum iugularium pulsus validus.

In doloribus capitis, maxime, si
cum multo calore fiunt, apparent
pulsantes et veluti aestuantes, tem-
porum venae, saepe etiam in venis
colli iugularibus per se plerumque
tumidis vidimus pulsui alicui similem
motum, videturque hic ut et ille
venarum in temporibus motus a sub-
iacentibus arteriis fieri.

Palpitatio est elatio et subsidentia
corporis muscularis a flatu orta non
semper sed quandoque.

Pulsus in hypochondrio tumultum
indicat.

Circa umbilicum dolores palpitantes.

Palpitationes in imo ventre fluxum
sanguinis indicant.

Hypochondriorum in imo ventre pal-
pitationes, fluxum sanguinis indi-
cant.

nominant, ast nihil ista pulsus attinent. Illa tamen cordis ipsius, quae tactu ipsoque haud raro auditu percipitur, recepta voce, palpatione^P) ad pulsuum doctrinam merito refertur, vti depletionem cordis impeditam, magnamque alicubi contra cor, quaecunque ea sit, resistentiam denotat, et summam, in febribus, naturae contentionem et cum causa morbifica luctam indicat; veluti etiam aegroti, signo non valde commodo, arteriae magnae ad spinam dorsi pulsus manifeste saepe intelligunt numerantque.^q) A quo, quandoquidem perpetuum haud est, si discesseris, arteriarum motus, quascunque explorare manu possis, fideles erunt temporum in morbis indices. Nostrum illud nunc non est exponere, quibus de causis^r) per vitam sanam, pulsuum rationes, saepissime conuertantur; Illud tamen ad iudiciorum eorum explorationem in morbis vehementer requiri arbitror, vt quis, nisi halucinari velit, supponat, veluti quilibet sanguine plenior est^s) ad victum,^t) sexus^u) aetatum^x) somni^y) et pathematum^z) rationes

p) καρδίης παλμός. HIPP. de humo-
ribus.

κατάγε τὰς Φόβυς γῆγε τὰς ἀγωνιας ἐναρ-
γῶς ή καρδία φάνεται παλλομένη. GAL.
de differentiis pulsuum Libr. 4.

q) Κατὰ ράχιν ἀρτηρίας τῆς μεγάλης ή
ἀιδητὴ κίνησις: GALEN. Comm. 1. in
Prognost. Hippocr.

r) Ἀπὸ τῶν ἔξωθεν ἀιτίων ἐτράπησαν
οἱ σφυγμοι. GALEN. de Prognosi pul-
suum Libr. 2.

s) Ἡ δύναμις ιχυρὰ καθ' ἔσυτην, βαρύ-
νεται δὲ ὑπὸ πλήθες ή δυσπειθῆ παντάπτει
τζειτὰ ὄργανα. GAL. de Causis pulsuum.

t) Σπία πολλὰ ἀτάκτες τὰς σφυγμάς
ἐργάζεται. GAL. de Causis pulsuum
Liber. 3.

Τὸ μέγεθος τὰς σφυγμάς οὐδὲν
GALENVS de pulsibus ad Introdu-
cendos.

Cordis palpatione.

Post timores et post collucentes
vehementer cor appetit palpitate.

Secundum spinam dorsi magnae
arteriae sensibilis motus.

A causis externis mutantur pulsus.

Vis vitae, in se valida, grauatur
ab humorum multitudine, hinc im-
morigera ubique habet organa.

Multi cibi inordinatos pulsus effi-
ciunt.

Magnitudinem pulsus vinum extol-
lit.

rationes variare pulsus nec morbis tribui, quod idiosyncrasiae est, oportere. Exercitio proinde et veluti GALENVS consulit, cognitione pulsuum, qui sano fuerant^{a)} opus est. Non enim raro intelligas, durante vita sana, pulsus intermittere, et variare, licet nulla, ad sensum, adsit ratio, quae efficere possit, vt cor, aequalibus interuallis, suas haud perficiat systolas, quorum arterias si intra morbum tangas, ob vitae ante actae ignorantiam, summum adesse circuli sanguinis impedimentum in homine putares. Similiter arteriarum profundior sub carne situs^{b)} vel tumor aliquis propinquus^{c)} iudicium de pulsibus du-

B 3 bium

u) Ἀνδρες γυναικῶν ὡς ἐπίπτων μέζονα πολλῷ νηφ' σφοδρότερον ὥσαντως πολλῷ νηφ' βραδύτερον ὀλίγῳ καὶ ἀραιότερον ἵκανως τὸν σφυγμὸν ἔχεσι. GAL. de Causis pulsuum Libr. 3.

x) Οἱ τὰς νεογενὲς παιδία πυκνότατος, οἱ τὰς γερόντας ἀραιότατος, μέγιστος οἱ τῶν ἀκμαζόντων σφυγμός. GALEN. de Causis pulsuum Libr. 3.

Ἐκάστη τῶν ἡλικιῶν ἔτι τις κατὰ φύσιν σφυγμός. GAL. de differentiis pulsuum Libr. I.

y) Οἱ ὑπνοι τρέπουσι τὰς σφυγμάς. GAL. de Causis pulsuum Libr. 3.

z) Θυμῷ μὲν ὑψηλός ἔστι οἱ σφυγμός νηφ' μέγιστος καὶ σφοδρός νηφ' ταχὺς νηφ' πυκνός, λύπης δὲ συμπτὸς καὶ βραδὺς νηφ' ἄμυδρος καὶ ἀραιός. GAL. de pulsibus ad Introducendos.

a) Τὸν σφυγμὸν τὸν μὲν ὕδιον ἔκάστη ἀκριβῶς ἀν τις πειραθῆς μάθοι, νηφ' δὲ πολλάκις ἅρεται τῆς ἀρτηρίας, μάλιστα μὲν ὑγιαίνοντος ἀμέμπτως; νηφ' ἐν ἡσυχίᾳ πάσης σφοδρῆς κινήσεως: GALEN. de pulsibus ad Introducendos.

b) Ἀρτηρίας τὸν ἀυτὸν τρόπον σφύγεται ἀλλήλαις τε νηφ' τῇ καρδίᾳ, ἀλλὰ ἀν ἐν τοῖς ἀσύρκοις μέρεσι προφανέστερον ἀτὶ δὲ ἐν τοῖς σαρκώδεσιν ἀποδρότερον GALENVS de pulsibus ad Introducendos.

Viri, quam foeminae, vt plurimum maiorem multo et fortiorem similiter multo et paulo tardiore et notabiliter rariorem pulsus hahent.

Neogeniti infantis frequentissimus, senis rarissimus, maximus adolescentium pulsus.

Vnicuique aetatum aliquis secundum naturam diuersus pulsus est.

Somni mutant pulsus.

Irae elatus est pulsus et magnus et fortis et celer et frequens; Tristitia autem tardus et debilis et rarus.

Pulsus vnicuique proprium, exquisite, exercitatus aliquis discere possit, et oportet saepe arterias tangere maxime eius, qui inculpate vallet et in quiete ab omni valido motu.

Arteriae eodem modo pulsant et relatione ad se inuicem, et respectu cordis, quae autem in partibus carnis nudis, manifestius, quae autem in carnosis, obscurius.

bium facerent, nisi, loeo radiaeae, aliae adessent, quae palpari possent, arteriae. *Vsus* etiam docet, magnitudinem pulsuum, et respirationis celeritatem, esse synchronas, reliquas etiam pulsuum conditiones, si curiosius rem perspicere velis, aliquam mutationem in pulmonum actione secum afferre, quod antiquitas bene perspexit, ut *HIPPOCRATES* ubique plus respirationis examini, penes aegrotantes, quam pulsuum considerationi, dederit.^{d)} Respirationis certe magnitudo et frequentia, vti aeris elaterem sanguini applicat quam efficacissime ita simul in motu cordis augendo haud parum valet, vt propterea inter symptomata critica et salutaria numerandum saepe sit asthma febrile, quandoquidem intensiore pulmonum motu, magnum celeritati sanguinis momentum accedit, et natura illud quod agendum suscepit, negotium, coniunctis cordis follisque aerei viribus gerat. Veluti ergo elatus, frequens, et profundus ac sine impedimento introductus spiritus, sanitatem facit^{e)} ita, iunctim cum cordis valente motu,

c) Τὰ μόρια τῶν ἀρτηρίων Θλίψεωι, παραπληγιῶν ὅγκων. *GAL.* de Causis Pulsuum.

d) Τραπέζονται δι σφυγμοὶ κατὰ τὸν τῆς ἀναπνοίας λόγον. *GAL.* de Diagnosi pulsuum Libr. 2.

Τρέπεται ὁσπάτως ἐπὶ ταῖς ἀνταῖς ἀιτίοις ἀναπνοὴ τοῖς σφυγμοῖς: *GAL.* de Vsu pulsuum.

e) *PAVLVS Aegineta* Libr. I. cap. 10. περὶ ἀναφωνήσεως, de Vociferationis vnu in re medica.

Ἐν ταῖς ἀναφωνήσεσιν ἡ μὲν ἐυμέλεια χριστοφωνία ὑδὲν ἀν συμβάλλοιτο πρὸς ὑγείαν, διὸ τῶν βερυτέρων ἦχων Φθόγγος χρήσιμος, ὃς τε τῶν ἀσκητέον ὕπτω γὰρ πλῆσος ἀπὸ ἡς τὸ σῶμα κατ' ἀναπνοὴν ἐλκόμενος, διασέλλει τὸν τε θώρακα καὶ τὸν κοιλάνην, καὶ τὰς καὶ ὅλον τὸ σῶμα πόρες ἀνευρύνει καὶ διέτησι: διόπερ ἐν ἀνταῖς ταῖς ἀναγνώσεσι

Arteriarum partes premuntur a vicinis tumoribus.

Pulsus ad respirationis rationes conuertuntur.

Similiter et ab iisdem causis respirationis et pulsus mutantur.

In declamationibus *sanitatis causa institutis* acutum melos et blanda vox nihil ad sanitatem confert, sed grauiorum sonorum bombus, optimus, quare hic exercendus est; Ita enim plurimus aer in corpore respiratione attractus, diducit thoracem et abdomen et omnes in toto corpore po-

τῶν

motu, intra morbos quosuis maxime tamen intra febres^{f)} crises adiuuat, quam efficacissime.^{g)} Quodsi etiam a respirationis consideratione recesseris, in pulsuum tamen consideratione habiturus es quo vel naturae superstes robur vel infirmitatem cognoscere possis.^{h)} Dum ergo cor et arteriae vicissim suo labore se sustinent, *calor* est, *frigus*, si utriusque motus flaccet.ⁱ⁾ Magna vel parua humorum resistentia, duritiem et mollitiem pulsibus affert:^{k)} Circuli libertas, ordinem

τῶν πλεοναζόντων ὑγρῶν ποιήται τὰς ἐκκρίσεις: Τοῖς μὲν ἐν τοιάτερον ἀναχρινόσιν πολλοῖς οὐδὲ δὶς ἕδρώτων, τοῖς δὲ ἐπιεικέτερον ἐντεινομένοις, διὰ τῆς ἀδύλης γηγνομένης ἀποφορᾶς καθ' ὅλον τὸν ὄγκον, συμβάνει, οὐδὲ διὰ τὸν λεπτυσμὸν πολλῶν περιττωμάτων ἀναχρεμπτωμένων, ἐκκρισιν γίγνεσθαι οὐδὲ ἀναπάλωσιν.

torum superfluitatum screatu reiectarum, euacuationem fieri et discussio-

nem oportet.

f) Ἐν καυσώδεσι πυρετοῖς πλῆτον μὲν οὐδὲ τάχισον οὐδὲ πυκνότατον ἀναπνέασι, μεγίστης δὲ ἔχεις οὐδὲ ταχίστης οὐδὲ πυκνοτάτης τὰς σφυγμάς. GAL. de usu pulsuum.

g) Δύσπνοιά τις ἀιφνίδιος διωνὴ σενοχωρεύμενη τῇ θώρακος, εἰ ἐπὶ τάπτοις ἀπασιν ἔξαιφνης ὅγκωμενοι διὰ σφυγμοὺς μὴ καταπίπτοιεν ἢς μικρότητα, τὸν Κρίσιν ἐλπίζειν. GAL. ad Glaucon. Therap. Lib. I.

h) Διὰ τὸν τῆς ἀντιτιψωρίσεως ὄρεξιν ὑψηλοῖς οὐδὲ μεγάλοις οὐδὲ ταχεῖς οὐδὲ σφόδραι διὰ δὲ τὸν τὴν ταφῆν μᾶλλον ἢ δράσαι προσδοκίαν μικροῖς οὐδὲ ταπεινοῖς οὐδὲ ἀμυδροῖς οὐδὲ βραδῆς γίνονται. GAL. de Causis pulsuum.

Τῆς δυνάμεως ῥάμη οὐδὲ ἀρρωστία.

i) Τῆς ἐμφύτευθεν περιμαστας ἐπιύρωσις τε οὐδὲ κατάψυξις.

k) Τῆς τῶν ἀρτηριῶν χιτῶνος σκληρότης οὐδὲ μαλακότης. GAL. de Causis pulsuum Libr. I.

ros dilatat et diducit. Propterea inter *Lectiones* ipsas, abundantium humorum euacuationes fiunt. Illis ergo qui intenta magis voce legunt, plus per sudorem, illis autem qui vocem remissius intendunt per insensibilem transpirationem in vniuerso corporis ambitu, et per attenuationem multorum superfluitatum screatu reiectarum, euacuationem fieri et discussio-

In Febribus causodeis, plus celestiusque et frequentius aegri respirant, maximos autem habent et celerrimos et frequentissimos pulsus.

Si difficultas respirandi quaedam veluti angustato thorace, aut super his omnibus, elati tumidique pulsus ad paruitatem haud redeant crisi sperare oportet.

Propter naturae in contrarium nitendi instinctum, alti et magni et celeres et fortes, sed propter illam, qua plus patitur quam facit, expectationem, parui, humiles, debiles et lenti fiunt.

Virtutis vitalis robur et imbecillitas.

Insiti caloris, aestus et frigus.

Arteriarum tunicae durities et mollieties,

dinem¹⁾ virtutis vitalis praestantia magnitudinem^{m)} alterna et aequalis cordis et arteriarum systole ac diastole eurythmiamⁿ⁾, procurant. Illo autem morbi tempore pulsus, plus magisque eleuantur, quando, non procul a primordiis ardentium, postque intermittentium frigus, conflagendum naturae est cum materie morbi, veluti illa firmiter inhaeret solidis, et varia contra cor resistentia luctatur. Dierum, quos προνότητας graeci appellant, labor, magnus celerque pulsus est. Plethoricis febribus familiaris censetur magnus et fortis, aequalis tamen et ordinem constanter servans.^{o)} Tametsi autem magnitudo et robur pulsuum virtus

1) Ἐνταξία τῶν σφυγμῶν: ΔΕΤΙVS Legitimus pulsuum ordo.
Tetrabibl. Tract. 6. c. 4.

m) Σφυγμικὴ δύναμις ἐρρωμένη. GAL. Vis pulsatrix valens.
de method. med. Libr. XI.

Ἐν τοῖς χιτῶσιν τῶν ἀρτηρῶν τοική δύναμις καρδίας ιοχυρῶς ἐκθλιβόσις. GAL.
de differentiis pulsuum Libr. 3.

Ἡρόφιλος Φησὶ ρώμην τῆς ἀρτηρίας ζωτικῆς δυνάμεως αἰτίαν ἔναι σφοδρὸς σφυγμός, Ἀθηναῖος δὲ τῇ ζωτικῇ τόνῳ τὴν ιοχὺν. GAL. de differentiis pulsuum Libr. 3.

n) Τοσστὸν μόνον κατὰ φύσιν ἔχοσιν ἡμῶν ἡς κατὰ τὴν καρδίαν καὶ τὰς ἀρτηρίας κινήσεις, διασελλομένων κατὰ κύκλου ἀυτῶν καὶ εἰς ἑαυτὰς συναγωμένων. GALEN. de differentiis pulsuum Libr. 4.

o) Ὅταν ἔυσπροι τε καὶ πολύαιψι καὶ πυκνοὶ τὰς ἔξεις ὁι κάμνοντες ὥστε ἢ περιττώμασι θερμοῖς πεπλυρωμένοι, τοῖς ὅτῳ πυρέττεσιν ἡ σφυγμὸς μέγιστος ἐτὶ καὶ ὅμαλὸς καὶ σφοδρός. GALENV S Meth. med.
Liber. 9.

In tunicis arteriarum tonica vis,
corde vehementer sanguinem expre-
mente.

Herophilus ait, robur animalis in arteria facultatis causam esse pulsus fortis: Athenaeus autem vitalis toni vim.

Ita saltim secundum naturam se
habent cordis et arteriarum motus,
si inuicem ac in circulum diducan-
tur iterumque in se contrahantur.

Si carnosí et sanguinei et crassi
secundum habitus aegroti fuerint,
aut calentibus superfluitatibus repleti
ita febrentibus pulsus maximus est
et aequalis et fortis.

virtus ^P) est, laudari tamen, si dolor simul ad pulsus numerari potest, nequit; inflammati quid ^q) subest. Pulmones tamen inflammati, pulsum propterea, quod ventriculus cordis sinister sanguine tunc parcus repletur, magnum et naturali fere similem exhibent ^r) nec in eorum nec in pleurae inflammatorio statu ad pulsuum rhythmos, vti tamen in aliis inflammati euuenit, dolor percipitur. Scirrus partium duros pulsus, ast dolore vacuos, secum affert. Est et spasmodis sua pulsus durities, est etiam inflammati. Sed, ne quidquam, praeter magnam naturae contentionem, si magnitudo

et

^P) Σφοδρὸς δὲ σφυγμός ἐσι τὸ πλήθτων
εὐρώτως τὴν χρήματα: GAL. de pulsibus ad
introduceidos.

Ἐν τοῖς πυρετοῖς ἀκνεόντοις θερικοῖς τε
ιγή περικάπτοντος δὲ σφυγμός γίνεται μέγι-
τος ὅταν ἡ δύναμις εὐρωτῆ. GALEN. de
Prognosi pulsuum Libr. 2.

Τὸ μέγεθος καὶ ἡ σφυδρότης (τὸ σφυγμὸν)
ἐν κινδυνώδης ἀλλὰ καὶ μέγιστον ἀγαθόν.
GALENVS de Prognosi pulsuum
Liber. 2.

^q) φλεγμονῆς δὲ μεγάλης γενομένης ἢ
θρεσκέλετος ἢ ἀποσύμπτωτος αἰθανόμενα
σὺν ὁδύνῃ τὸ σφυγμὸν τῶν ἀρτηρῶν ὅταν
τὰ περιέχοντα ἀντάσσονται σώματα θλίψασι ἀ-
τάς. GAL. de Locis Affect. Libr. 2.

Αυτὴ καὶ ἔσυτὴν φλεγμονῶδες πά-
θος παθεῖσα (ἀρτηρία) μετ' ὁδύνης σφύζει
GALEN. de Locis affectis Libr. 2.

^r) Ο τῶν περιπνευμονικῶν σφυγμός μέ-
γας καὶ ἀμυδρὸς καὶ μαλακὸς ὄμοιος τῷ
τῶν ληθαργικῶν. GALENVS de Causis
pulsuum Libr. 4.

Οὐτ' ἐν περιπνευμονίᾳ γενέσεται πό-
νος σφυγματώδης ὥτ' ἐν πλευρίτιδι διὰ τὴν
τῶν μορίων φύσιν ὃ μὲν γάρ πνεύμων ἀνα-
θητος. GALENVS de Locis affectis
Liber. 2.

Fortis pulsus est valide afficiens
tactum.

In Febribus periculo vacuis cali-
dis et tepidis pulsus fiunt maximi,
quando vis vitae valet.

Magnitudo et fortitudo pulsus non
periculosa sed maximum bonum.

Phlegmone magna facta, aut eresy-
pelate, aut abscessu, sentimus cum
dolore pulsus arteriarum, quando
quidem tunc circumiacentia illis cor-
pora eas premunt.

Ipsa in se ipsa inflammationem
passa arteria, cum dolore pulsat.

Peripneumonicorum pulsus ma-
gnus et mollis lethargicorum more.

Nec in peripneumonia fiet dolor
pulsatorius, nec in pleuritide, ob par-
tium naturam, nam pulmo sensu
caret.

C

et robur simul adsit, illi significant.⁵⁾ Ominosus magis ille est, cui, cum durus sit, post aliquot diastolas vna deficit⁶⁾ post viginti enim vel triginta, vnam desiderari, parum refert, pulsuumque errores pro partium affectarum nobilitate, et maiore ad vitam necessitate, proque infarctuum obstinatione, in acutis inque chronicis morbis, valde discrepant, id quod, licet aegros medicosque haud parum offendat, saepe tamen tempore excusatur, quo euenit, nam et intermittentium et continuorum exacerbationes cum pulsu anomalo, incenter fiunt, si bonae notae character alias, moderatus pulsuum lensor, adsit, et ea sit morbi aetas in qua crisis⁷⁾ expectatur.

Solent

⁵⁾ τοῖς σπλάγχνοις σκιρρυμένοις συφεταῖς καὶ συνεχέσαται σκληρὸς σφυγμὸς γίνονται. GAL. de Prognosi pulsuum Libr. I.

⁶⁾ Εν τοῖς σκιρροῖς ἀνώδυνος ἔστι οὐ τῶν ἀρτηρῶν κίνησις: GALEN. de Locis affectis Libr. 2.

Τῶν σπωμένων, ἀυτὸς τὸ σῶμα τῆς ἀρτηρίας συνηκθεῖ δοκεῖ καὶ ἐσφυγῶσθαι. GAL. de pulsibus Libro ad introducendos.

⁷⁾ Αἱ καὶ ὅλοι τὸ ζῶον ἀρτηρίαι τεινομέναι σκληρότερον ἐργάζεται. GALEN. de Prognosi pulsuum Libr. 4.

⁸⁾ φλεγμονῆς σφυγμὸς οἷον ἐμπτείων ἀρτηρίας σκληροτέρας φαινομένης, καὶ σφοδρότερος καὶ ὀκύτερος καὶ πικνότερος ἀνιαζόσης φλεγμονῆς ἔστι ὅτε καὶ ἀνάμαλος καὶ ἀτακτος. GAL. de pulsibus Libro ad Introducendos.

⁹⁾ Αναμαλία οὐ ἀριθμία τῶν σφυγμῶν. GAL. ad Glauconem Therap. Lib. I.

¹⁰⁾ Ἀνάμαλος δὲ σφυγμὸς ἐπὶ τῶν πλέον μὲν γίνεται κρίσεων καὶ μάλιστα ἐπειδὴν ἀγωνιστικὸν τὸ καὶ περικινδυνευτικὸν ἔχεσθαι. GAL. de Crisibus Libr. 3.

Visceribus scirrho induratis continui etiam duri pulsus fiunt.

In scirrhis dolore carens est arteriarum motus.

Spastico morbo correptis ipsum arteriae corpus contrahi et figi videtur.

In toto animali tensae arteriae durius agunt.

Phlegmone pulsus mallei instanter ferit, arteria duriore visa, fortior et celerior et frequentior crescente inflammatione, aliquando et inaequalis et confusus.

Anomalia et mensurae defectus in pulsibus.

Anomalus pulsus in plurimis quidem fit crisiis et maxime si contentiosum quid et anceps habeant.

Solent enim euacuationes commoda, maxime sudor, et si quid cum illo erumpit, celeres, duros, intermittentes,^{x)} conuertere et pessimos quosuis alios pulsuum mores^{y)} ad frugem reuocare. Debilitas etiam paruitasque pulsuum, secundum tempora, vel inchoante paroxysmo^{z)} vel cedente morbo, nihil mali significat, vti nec celeritas aut frequen-

C 2 tia

^{x)} Σφυγμὸς διαλέπων: Ἐπεροσφυξία: GAL. Comm. 3. in Prognost. Hipp.

Οὐ κατὰ μίαν πλαγὴν ἀνισος ἀνώμαλος. GAL. de pulsibus ad Introducendos.

Η μὲν ἐν διαλέπουσα καθ' ἓνα σφυγμὸν ἀνωμαλία χαλεποτάτη πασῶν ἐσὶν ἀνωμαλῶν. GALEN. de Prognosi pulsuum Libr. 2.

Διαλέπων ἐσὶ σφυγμὸς ἐφ τῇ ἐπὶ δύο μόνον ἀλλ. ἐπὶ τριῶς καὶ ἐπὶ πλήνες πλαγῶν ἐκλέπει διατολὴν μίαν. Autor Defin. apud GALENUM.

Αποχωρῆ πρὸς βραχὺ καὶ ἀνθισ παῖει διαλέπων: GAL. de differentiis pulsuum Libr. I.

^{y)} Ήν καὶ παχὺ πως ἡ γλίχρον τοῖς θοχάτοις τῶν ἀρτηρῶν πέρασι ἐσφηνωμένου εἴη χαλεπωτάτην ἐργάζεται τὴν ἀνωμαλίαν καὶ μάλιστ' ὅταν ἡ τοι τῆς καρδίας ἀντῆς ἔγγυς, ἡ καὶ πόρρω μὲν ὁλὸς ἐν κυρίοις μέρεσιν ἡ σφήνωσις τῶν ἐμφραττόντων χυμῶν γίνεται. GAL. de Causis Pulsuum.

Η διὰ τὴν τῶν ὄργανων κάκωσι διλοισις τῶν σφυγμῶν. GAL. de Prognosi pulsuum Libr. 3.

^{z)} Τῶν παροξυσμῶν ἀσβαλόντων ὅι μὲν τὰς πυκνές τε καὶ μικρὰς ὅι δὲ πρὸς τύποις καὶ τὰς ἀκυδρὰς ἔνιοι δὲ καὶ τὰς ἀνωμάλιες ἀστοῦ διὰ τὰς βραδῆς (σφυγμὸς ἔχει).

GAL. de Prognosi pulsuum Libr. 3.

Pulsus intermittens, Pulsus ambiguus.

Qui, vno saltim inter plures ictu irregularis est.

Intermittens post singulum pulsum, anomalia difficillima omnium est anomaliarum.

Intermittens pulsus, in quo non post duos saltim aut tres sed et plures ictus, diastole vna deficit.

Euanescit breui tempore et iterum ludit, intermittens.

Si densum quid et viscidum ultimus arteriarum finibus incuneatum erit, difficillimam efficit anomaliam, et maxime, si vel prope ad cor, vel, quamvis procul, in principibus tamen partibus, incuneatio infarcientium humorum fit.

Quae propter organorum depravationem fit mutatio pulsuum.

Paroxysmis inuadentibus quidam frequentes et paruos, alii insuper et debiles, quidam et irregulares, sunt etiam, qui tardos (pulsus habent.)

tia^a) si simul adsit mollities^b) Asphyxia quandoque mala.^c) Ast cum inaequalitate debilis, formicans^d) myurus^e) vermicularis^f) dicrotus, palpitanus et tremebundus^g) pessima quaevis portendunt.

a) ταχὺς ὁ ἐν στίγμᾳ χρόνῳ διαστέλλομένης τῆς ἀρτηρίας γινόμενος. GALEN. de pulsibus ad Introducendos.

Σφυγμὸς πυκνὸς ὅταν βραχὺς ὁ τῆς ἡσυχίας χρόνος, ἀραιὸς οὐ ὅταν πολὺς: GAL. de pulsibus ad Introducendos.

b) Ὁ κυματώδεις δύναμις ἐνδέκυντοι τόντι μετρίων μετέχεται, ἥνκα μᾶλλον κρίμουν ἕρωτα προδηλῶι. GAL. de Prognosi pulsuum Libr. 2.

Τὸ μαλακὸν ὄργανον ἑτοίμως ἐκτενόμενον πάντη ῥαδίως διαστέλλεται τὸ δὲ σκληρὸν ὥκτινεν μεγάλης βίᾳς. GAL. de Causis pulsuum Libr. I.

c) Ἀσφυκτον λέγωμεν τὸν ὅταν δισκείμενον αὐνθρωπον, ὡς μηδεμίᾳν ὑποπίπτειν κίνησιν ἐν μηδενὶ μέρει τῇ σώματος ἀρτηρίᾳς μηδεμίᾳς: GAL. de Pulsuum differentiis Libr. 4.

d) Μυρμικίζων ἐσὶ μικρὸς, κενὸς, πυκνὸς, ἀμυδρὸς, πάντων ἐπὶ τὸ ἔχατον κατηγορέοντος διονὴ μύρμηκος περιπατῶντος. Autor Defin. apud GALENUM.

e) Μέντρος, ὅταν κατὰ τὰ πρῶτα μέρη τῆς ἀρτηρίας ὁ σφυγμὸς σφοδρότερος ἐν δὲ τοῖς ὑποκάτω μικρότερος. GAL. de Prognosi pulsuum Libr. 2.

f) Ὁ σκωληκίζων καθ' χωρὶς πυρετῶν φαινεται γινόμενος ἐπὶ κενώσεσιν λάυραις καθάρτεσιν λαχυραῖς: GAL. de Prognosi pulsuum Libr. 2.

g) Σφυγμὸς δίκροτος, κλονώδης, παλμώδης, τρομώδης. CAL. de differentiis pulsuum Libr. 4. passim.

Celer pulsus qui paruo tempore diductis frequenter arteriis fit.

Pulsus frequens, quando breue quietis tempus, rarus autem, quando multum.

Fluctuosus vim indicat moderatum tonum habentem, unde maxime sudorem criticum praedicit.

Molle organon commode extendendum, facile diducitur, durum autem non sine magna vi.

Pulsu orbatum dicimus ita constitutum hominem, vt nullus in sensum cadat motus in vlla corporis parte arteriae nullius.

Formicans pulsus, est parvus, vacuus, frequens, debilis, omnibus his ad extremum ductis, veluti formicæ ambulantis.

Myurus, quando, ad superiores arteriae partes pulsus valentior, in infra sitis autem minor est.

Vermium instar repens etiam sine febribus apparet, factus ab euacuationibus frequentibus et fortibus purgationibus.

Pulsus bis saliens, contractus, palpitanus, tremens.

~~vgl. 225, 4 ff.~~

Path. gen. 8179

